

28296



Da ipse pascitur
In valentia moris
O vox laudibus digna
Sunt tua o Rachel verba
Virginum documenta
Dicant Puella & Te dicant amare
Mortales dicant omnes
Vnam sperare Amorem
Qui cordi est imitant
Sola, ac semper tui
Cuius homini, & Deo AMOR PVDICVS
Pocaris Amor Mundus
Ignis est speciosus
Luceat in corde roentibus
Miris fulgoribus
Est nubes aera lammibus
Ternis, & Corio exolus
Hollis Amans infensus
Votis ardoribus

manu in Hellenica
St. Iunius 1726
IACOB. ET RACHELIS

AMOR PVDICVS.

MELODRAMMA
DOCTORIS PAULI GINI

In Sacello Archiconfraternitatis

SANCTISS. CRVCIFIXI

Apud S. MARCELLVM Urbis
concinendum.

MODVLIS EXPRESSVM

A DOMINICO PHILIPPO BOTTARIO

LVCENSI.

Feria vj. Dominica Passionis.



ROMÆ, MDCCII.

Ex Typographia Ioannis Francisci Buagni.

Superiorum permissu.

CONSERVATORIO DI MUSICA S. MARCELLO A VENEZIA
FONDO TREFRANCA
LIB 217
BIBLIOTECA DEL

ARGOMENTO.


192

Partito Giacob dal Paese nativo di Canaan (così ordinatogli dal suo Padre Isaac) per andare nella Mesopotamia della Soria , in Casa di Batuele suo Auo ; e quiui prendere in moglie una delle Figliole di Labano suo Zio , e figliolo dell' istesso Batuele : & hauendogli il Signore Iddio nel suo viaggio fatto vedere in sogno la gran Scala Misteriosa , e fattegli dal Medesimo altissime promesse , e per Lui , e per tutta la sua Descendenza , giunse finalmente , dopo lungo camino , al luogo sudetto ; e prima , osservato in una Campagna un Pozzo d' Acqua , con alcune Mandre di Pecore , che giaceuono vicino ad' esso , ricercò i loro Pastori , per hauer notizia di Labano , da' quali fugli cortesemente data ; come ancora gli diedero à conoscere Rachele sua figliola , che appunto allora veniu per abbeuerare le sue Pecore à quel Pozzo , insieme con l'altre iui dimoranti . Veduta che l'ebbe Giacob , e saputo ch' era sua Consobrina , e le Pecore di Labano suo Zio , alzò la grossa pietra , con la quale veniu coperta la bocca del Pozzo ; & adaquato Grege osculatus est eam ; dandosegli à conoscere per Giacob suo fratello ; Ilche udito Rachele , corse à darne auviso à Labano suo Padre .

Intesa da Labano la venuta di Giacob , gli si fece subito incontro , e dopo hauerlo abbracciato , ed accarezzato , l'introdusse in sua Casa : Essendo poi stato appresso di lui un Mese intiero gli disse , or perche tu mi sei Fratello (vien inteso dalle Sacre Carte per Nipote) mi hai per questo à seruire senza alcuna mercede ? Dimmi addunque qual mercede da me tu vuoi ; Si ritrouaua Labano due Figliole , la maggiore chiamata Lia difettosa negl'occhi , e l'altra minore detta Rachele di bellissimo aspetto , della quale innamoratosi Giacob , gli rispose , che se gli daua questa per Moglie l'hauerebbe seruito per lo spatio di sette anni ; Allora gli replicò Labano , è meglio che io la sposi à te , che ad'altri , resta dunque appresso di me , e così lo seruì per Rachele sette anni , che pareuano à Giacob pochissimi giorni per il grand' amore , che à Quella portaua . Il tutto viene riferito nella Sacra Genesi al cap. 28. e 29.

A 2

IN-



Ex Libris
Fausto Torre Franca

CONSERVATORIO DI MUSICA B. MARCELLO A
FONDO TORREFRANCA
LIB 2017
BIBLIOTECA DEL VENEZIA

INTERLOCUTORES.


Iacob.

Rachel.

Lia.

Laban.

PARS PRIMA.

Iac.  Vas tibi Æterne Rex Conditor Mundi
 Pro tantis Iacob donis
 Dignas rependet grates?
 Post rerum tot pericla, & varios casus

Cœlesti dono tuo
 En Syriæ ingredior Terras.
 Quanta mihi per viam
 Nota in somnis fecisti;
 Quot pollicitus bona ò Summe Parens.
 Quid ergo iam pro cunctis
 Tanto tribuam Datori?

Quia tu Iacob illæsum seruasti,
 Ego nunquam te Deus offendam;
 Mihi magna, quia Tu reuelasti,
 Fidum cor Tibi semper ostendam. Quia &c.

Li. Quæ dura, coeca fors! dirus affectus
 Pupillas angit meas?
 Oculis lux amica, & cara semper
 O quantum aduersa mihi
 Infelix ter ò Lia;
 Quis adamabit te, si desunt tibi
 Sagittæ, Arcus Amoris?

Obscuræ pupillæ,
 Non feriunt Amantes,
 Sed nigræ sunt illæ
 In corda vibrantes. Obscuræ &c.

Respice, salus mea de Coelis, Deus;
 Tu manum præbe piam;
 Cordis, & oculorum
 Geminati dolores
 Miseram vexant Liam.

Quis Liæ lugenti,
 Quis Lippienti

Pœnas leuabit, solatium feret?
Stillis cadentibus
Lucem lædentibus
Torquentur oculi, spiritus mæret. Quis &c.

La. Quid ploras filia mea; oculi tui
Caligine suffusi
Animam turbant tuam?
Terge fletus ò Lia; erige mentem;
Lumina si non vales.
Non semper Virginum laudanda fors
Luce gaudere,
Claras habere
Pulchrâ, & in fronte pulchras pupillas;
Sæpè per illas
Arcus Amoris
Vulnus doloris
Infligit cordibus, & intrat mors. Luce &c.

Ra. Tempus est Oues meæ amatae, & caræ
Ad Caulas redeamus.
Iam iam decidit Sol; hodiè sat cibus.
Sitim, quæ premit modò,
Putei leuabunt vndæ;
Sociæ profectæ sunt; vos ibi expectant.
Eiâ non ampliùs moræ,
Surgite, festinate;
Sequimini Rachelem;
Vestra præibit Dux; & laudem demus
Illi, qui regit totum
Dedit iam escam nobis, dabit & potum.
Cantate gentes mecum, nomen laudate
Omnipotentis Dei, Numinis Magni
Sydera, Luna, & Sol; Mentis beatæ
Volucres, Belluæ Terræ, Oues, & Agni.
Cantate &c.

Ia. Vbi genus Labani erit, ac Domus
Cari Auunculi mei?

Custodes Ouium video; illi narrabunt.
Iussit Pater huc venire,
Vt accipiam mihi Vxorem,
Illam spero me inuenire
Cordi meo
Caram, Deo;
Lunâ, & Sole pulchriorem. Iussit &c.

La. Geminae mihi Natae
Lippis oculis Lia, formosa Rachel;
Illis Coniugem quæro.
Mi Deus, qui noscís cuncta, elige Sponsum
Deuotæ seruiunt Tibi,
Tuis parent mandatis.
Si corda sunt munda,
Virtutum foecunda
Puellis; quam caræ
Sunt oculis Dei:
Sit Virgo decora,
Vt Luna, & Aurora,
Pretiosum sit Mare:
Quid iuuat si pectus
Recondat affectus,
Qui labe sint rei? Si corda &c.

Li. O quantum inuideo Tibi amata Soror
Inter Fontes, & Prata
Rides, cum grege ludis;
Hic lacrymas effundo, & semper gemo.
O dulcia, gaudio plena
Pastorum Tecta, & Rura:
Procul ab Urbium curâ
Felix, beatus.
Cor lætum, frons amœna
Ibi, Phœbus non urit,
Aquila vanus furit,
Labor est gratus. O dulcia &c.

Ra. En Puteus adest Aquæ.

Gaude Grex meus, exulta.
 Sitis, quæ premit vos, vrget Rachelem.
 Eia lætantes oues bibamus,
 Et siti expletâ,
 Diei sit meta;
 Ad Caulas hilares mox adeamus. Eia &c.

Sed quis nobis reuoluet
 Ab ore Putei saxum?
Ia. Salue decoris filia
 Patris, & Matris tuæ nobile Germen
 Quid agere huc venisti?
Ra. Quid tibi aduena puer
 Quem nunquam vidi, aut noui.
Ia. Rectè nouisti me, & scio quod venis
 Gregi potum datura.
Ra. Tu dixisti; sed grandis
 Puteum præcludit lapis.
 Tollere nequeo sola, alios expecto.
Ia. Ego tollam, Ego solus
Ra. Durus labor! quis brachio vires dabit?
Ia. Omnia, qui vincit, Amor eleuabit
Ra. Siccine in Te robustus?
 Tantus in me non regnat.
 Sed mira, ò noua res vtique cerno
 (Quanta in Amore Virtus.)
 Lapidem reuolutum.
 Currite Oues, currite; bibite omnes
Li. Æternæ splendor lucis
 Mortis Author, & Vitæ; hominum Salus
 Aufer opprobrium Mihi.
 Lippis oculis meis
 Serenam redde lucem, illustra & mentem.
 Quod si dare iam negas,
 Absit à Te recedam.
 Quod placitum erit Tibi, erit & Mihi.
 Dabis lætam, tristem sortem;

Gau-

Gaudia, Poenas, Vitam, Mortem
 Omne datum,
 Erit gratum
 Erit Liæ salubre, ac bonum
 Videam clarè amicum Coelum,
 Meas pupillas claudat velum,
 Deo cantabo
 Semper dabo
 Laudis vocem, gloriæ sonum. Dabis &c.

Ia. Quid times, agis nunc, cogitas Iacob?
 Adhuc Virgini Amatæ
 Ingentis tui Amoris
 Argumenta non præbes?
 Oues biberunt iam; Rachel discedit.
 Numquid castæ Puellæ
 Virgineus tenet pudor?
 Sum Frater; Illa Soror.
 Nunquam pudico Amore
 Flagitium fuit amare;
 Licet Sorori tuæ osculum dare.
Ra. O perditæ procax Vir, hospes inique;
 Quæ tanta in Te audacia,
 Osculari Puellam?
 Quo præcipiti, ceco amore ductus:
 Pudicus meus est quidem.
Ia. Et meus fuit Amor idem.
Ia. Ra. à 2. Est pudicus Amor meus.
 Vmbram nescit vani Amoris
Ra. Ia. à 2. Vigil custos mei Pudoris
 Vigil custos tui Pudoris.
Ia. Ra. à 2. Sum fidelis.
Ra. Tu Rachelis
Ia. Tu de Coelis
Ia. Ra. à 2. Nosti cor ò magne Deus
Ia. Ra. à 2. Est Pudicus Amor meus.
Ra. Quis auferet à me, de genis meis

Osculi

Osculi foedum signum?
Tergite lacrymis dolentes oculi
Nefarium Osculum.

Ia. Noli flere Puella;
Parce lacrymis, parce.
Osculum fratris fuit, Ego sum Iacob.

Ra. Tu Iacob frater meus?

Ia. Ille quidem sum Rachel
Quem nunc audis loquentem.

Ra. Quis mei conscium te fecit?

Ia. Cubantes hic Pastores.

Ra. Fortunatus aduentus.

O pudicum suaue osculum Fratris.
Care dilecte Iacob,
Sinas modò me abire, vt nunciem Patri;
Breues hic age moras,

Nec putes meo discessu ò frater lædi.

Ia. Anxius Ego expectabo, ad Iacob redi.

Vade, curre; sinè mora

O decora

Veni Rachel, redi ad me.

Dulcis, cara, mea dilecta


Virgo electa

Nescio viuere sinè Te. **Vade &c.**

Finis Prime Partis.

PARS

PARS SECUNDA.

Ra.  Vanta Pax, dulcis loetitia
Hodiè mihi, & Domui datur.
Abeunt curæ, abit moestitia,
Dolor hinc exul fugatur. **Quanta &c.**

Audi Genitor care

Ia. Læta nimis ad me venis ò Rachel,

Loquere filia mea

Quid noui, quid iucundi affers Parenti?

Ra. Boni nuncia sum Pater,

Iacob noster aduenit,

Apud Oues moratur.

Ia. O lætum, faustum nuncium;

Ibo, curram, volabo

Et mille fratri meo oscula dabo.

Curre, vola œmulus Venti.

Dulces nexus.

In Amplexus

Iunge Laban fratris tui

Ire ad Iacob, Iacob frui

Vultu amato,

Visu optato

Non sint gressus nimis lenti,

Curre, vola; Æmulus Venti

Ra. Soror Lia, quid agis?

Nouisti, quia venit Iacob?

Li. Iacob dilectus frater!

Vidisti, vbi vidisti, vbi nunc manet?

Ra. Oculis vidi meis

Ad Puteum vidi aquarum; Illic expectat.

Li. Plaude Lia, & exulta

Fortè meus cum fratre aduenit Sponsus.

Exurge, gaude, cor meum iubila.

Umbras aggreditur coruscans dies,

Pro-

Procellam sequitur optata quies,
Surgit nitidior Phoebus post nubila. Exurge &c.

Ia. Quam cara, & pulchra Rachel
Virginum Decus, Typus honestatis.
Non sic formosa
Lilium, & Rosa
Sydus Amoris, & Luna in Coelis;
Sicut amabilis
Formâ spectabilis
Honestâ facies pulchræ Rachelis. Non &c.

La. O digna Ifaci Proles
Caro de Carne mea
Ingredere Labani ad patrios Lares;
Hic tuos age Dies
Hic detur Tibi quies.

Ia. Vndè tanto Me nunc dignor honore?

La. Amplius non addas Iacob;
Siste Domi, te rogo, & mane mecum.

Ia. Manebo, & seruiam Tibi
Promptus, velox, fidelis.

La. Vos autem filiæ meæ
Fratrem Iacob amate,
Famulatum præstate.

Li. Noctu, Pater, ac die
Videbit frater meus obsequium Liæ.
O meam felicem sortem;
Si tuæ priori Natæ
Trades, ut moris est, illum Consortem.

Natu maiorem
Fore Me Vxorem
Cari mei Iacob iam nutritor spe.
Amorum Dea
Soror sit mea
Sit pulchrior oculis; est minor me. Natu &c.

Ra. Ero fratris Ancilla, & Iacob meum
Pater, diligam semper;

Quem

Quem noui iam pudicum,
Illum spero & fidelem
Iacob non quærit Liam amat Rachelem.

Ia. Exulta Rachel, quam fortunata
Si Te non decipit amica spes:
Maior me Lia Soror sis nata,
Rachele minor hodiè tu es. Exulta &c.

La. Quantum carus est Iacob;
Vix Domum ingressus meam,
Operi manum præbet
Cunctis industrius rebus.

Ia. O seruitus cara, ò labor amate:
Seruiles Catenæ
Vos Curæ, vos Poenæ
Pro mea Rachele ò mihi quam gratæ. O &c.

Quid non vales, non agis
Fortis vt Mors Dilectio?

Li. Connubio fruar tuo dilecte Iacob?
Amor accende telum;
Sit clemens mihi fors, propitium Coelum.

Amor blande, rogantem
Ludas, ne quæso, Amantem,
Cara sit Lia:
Visus aciem non spero,
Iacobi amorem quæro
Te Duce, ac Via.

La. Iacob num quia tu frater,
Seruies Labano gratis?

A 2. Vobis labores,
Iacob sudores
Quæ merces erit, quæ præmia optatis?

Ia. Argentum nolo,
Aurum non colo

La. Iacob nil quærit; est Rachel satis.
Frater mi care
Diu laborare

Ser-

- Seruum fidelem, non licet gratis.
Ia. Non labor vanus;
 Labani manus
 Mihi Rachelem sponsam si datis. **Vrbis &c.**
- La.* Rachel ergo laborum
 Pretium, & merces erit?
- Ia.* Præstabo Domui tuæ opus fidele
 Septem annis pro Rachele.
- La.* Melius est Illam Tibi,
 Quam Viro alteri dare.
 Eia loetus ò Iacob
 Suscipe annorum cursum,
 Felix progredere, feliciùs imple;
 Spondeo nunc; ita volo
 Rachel erit tua Sponsa.
- Ia.* O suavia promissa, dulcia responsa.
 Famulabor, & feram
 Hilaris, nunquam mœstus
 Pondus diei, & æstus.
 Pro Te Soror dilecta, ò Rachel cara
 Labor est mihi quies,
 Septem simul & anni
 Pauci videntur dies.
- Ra.* Felix Rachel, ter felix
 Si detur mihi Sponsus
 Ille, quem cupio, & amo.
 Mi Deus parebo Tibi, & Virgo, & Sponsa.
 Amat Iacob cor meum,
 Sed supra Iacob Deum.
 Amores sunt flores,
 Quam pulchri, & iucundi
 Si Cœli, non Mundi
 Nascantur in Hortis.
 Si foedus est Amor
 Auditur iam clamor
 Admonitæ mentis;

- Dat spinæ pungentis,
 Et vulnera mortis. **Amores &c.**
- La.* O vox laudibus digna!
 Sunt tua ò Rachel verba
 Virginum documenta.
 Discant Puellæ à Te, discant amare
- Ra.* Mortales discant omnes
 Vanum spernere Amorem,
 Qui cordi est inimicus:
 Solus, ac semper fuit
 Carus homini, & Deo **AMOR PVDICVS.**
 Pectoris Amor Mundus
 Ignis est speciosus,
 Lucet in corde accensus
 Miris fulgoribus.
 Est nubes atra Immundus
 Terris, & Cœlo exofus;
 Hostis Animæ infensus
 Vanis ardoribus. **Pectoris &c.**

F I N I S.